

dolor, diuisio est partium unitarum: & animi dolor, vnius cordis scissura, quæ canum aliquid efficiat. Inanis ventriculus officia eius famis: sic desiderium, eluties amoris est impatientissima, quæ, cum restat aliquid depletum, angit animum. Exigua mala corrumpunt magna bona: gutta aceti perdit vaseulum nobilissimi merci. In hoc maligna indoles cupiditatis: vna sola corruptit plura gaudia: per illam omnis diffuer latitia. Sit licet plena, & gaudens voluntas, insurgat vna cupido, evanescat tota hilaritas. Viceus plenus aqua, si fissuram facias, inanescet statim. Hiet desiderio aliquo animus, illac profunditur latitia. Res delicata, felicitas est; facilis miseria. Miser eris, si deficit aliquid; etiam omnia praeter illud habeas. Vt sis felix, nihil excipendum est: omnia habere opus est, aut omnia contemnere: illud arduum est, istud fufibile. Ita tramite obvia felicitas est, & aque facilis, licet claudat omnia bona; miseria vero sit contenta uno malo.

## CANON I.

*Adæquare voluntatem facultati.*

Cap. 51.

**I**Taque gaudium non est incola rerum, neque cordis advena. In adæquatione desideret, ut sicut dicam, desiderij, reisque desiderare, cum possef-  
sionis iure fungitur amor. Itaque latitia ex facti-  
tus

tus est. Nunc artificium istud scrutemur: nunc fidelis fortune raram fabricam noscamus. Bifariam tantum consummatum opus: aut, si voluntati sufficerat robur efficiendi, quidquid peroptaret: aut patientia, ne optet, nisi quod factura est, aut pollens sit efficere, compatibus voluntate, & facultate. Pene que videntur clivum fortunæ ascendere, que felicitatis verticem contingere, & qui potest, quæcumque vult; & qui non vult, nisi quæcumque potest. Prins illud iter nemini, nisi Deo, patet. Nota ista Diuinitatis, ut ex Aristotele Atienius prodit, exequi, que voluntate, sicut & humanus character, exoptare, quid defit. In illo sublimi tramite nullum gradum licet homini ponere, si multum aveat, cum parvum valeat. Tota proinde inopia virium faciet in copiam cupiditatum, atque penum mortuum. Aliæ lenitatem compendiosâ culmen istud licet subire, & diuinam felicitatem æmulari. Siue omnia habeas, siue nihil velis, quod non sis habitus; limes idem videtur, quies cupiditatis. Dupli via itur eodem. Si non potes exequi, quidquid velis; potes velle solùm, quod possis. Ita etiam pæsto adequatur cupiditas votis. Parentes simili erunt modo duas parvæ virgæ eiusdem quantitatis, atque duæ trabes aequalis longitudinis. Voluntas parum potentis exæquabitur optatis, si patrum optet; sicut & optantis multa, quia potest multa. Non est felicitas in nimis, voluntate, & facultate; sed in consecutione, possefessioneque cupiditorum, in exequatione voluntatis.

tatis & voti, non in magnitudine, sed in æqualitate. Sed hoc ipso iuu magnus est animus, quia æqualis. Quid intereft, angusta potentia fit, si stricta cupiditas est, quoniam par, tranquilla, plena, hoc est, leta fit: Omne miseris momentum illud est, defuisse voluntati, quod sperauit, si fulta; quod exoptauit, si incontinentis fuit. • Quando manet amor, periret, quod amat. Huius supereritis cupiditatis, humis quasi pendula affectionis, vbi non est, in quo deideat desiderium, abortus est angor, miseris, iuētus, calamitas.

Cap. 52.

Tot tamen malorum pharmacum est, non plus velle quam possit. Nunquam ita evanebunt vota sine spe votent. Eadem tunc securitatis pignora, eadem fideisslō amoris, & rei amatae erunt. Vtrumque est voluntatis peculum, utrumque libertatis proles. Quod in cordis manu est, nemo eripere valer: nunquam elabi potest cum fortuna. At, si ita fidum est, & illud dumtaxat percipias, nullum in te tristitia ius habet. Nemo poterit rapere, quod amas, cum nemo auferre amorem possit. Idem vadimonium vtriusque est, libertas tua; idem prefidum, voluntas: utrumque in finu, in gremio habes: in amplexu tuo felicitas est. Beata est illa voluntas, qua habet, quidquid vult; quia non vult, nisi quod potest. O notum satietatis genus, ex ieiunio quefite! Nolendo impletur cupiditas, inedia gliscit; abstinentia desideriorum saturat voluntatem. Quis non priuilegium naturæ maximum putaret satiati sine cibo, ieiunando repleri? Ne-

mo

mo tam gula ambactus, fidusque, vt aliquando non sentiat onus illud, doleat, & incusat hoc, quod ventri solutus, quotidianum vecrigal vivit; molestus, quia nou annuum, non menstruum, sed diarium, horazum video esse aliquibus; importuni exactionibus manè, meridię, noctū flagitatur: iniunquam, prope plerique solunt: ipsam vitam impendunt, iniununtque, vt solunt: comeduntur vt vivant, vivunt solunt, vt comedant. Apicus, qui Capitolij vecrigalia cenar fecerat, plus ventri soluit, quam Orbis vibi. Qui, cum equis sumptibus iam as alienum prohiberet glutire festertia, veneno liguruit mortem: fuit, ne desineret sumptu ingenti vorare aliquid, sit vel fatum, impensis omnium rei pretiosissimæ, spiritus; fuit deinceps reputans superfluam vitam, sine gula maxima: maluit refare abdomen, quam spiritum. Maius, aut æquale feendum fundo est. Totam vitam occupat venter, interdum etiam temperatoriis: nisi labor, sudor, angor, cura tenuem victum non parant. Credo, vt hac natura lex importuna & instans, antiquaretur, facile commutaremus voluptatem palati; & gulfui, quia molesto, renunciaremus. Quid, si non tantum eximeremur necessitate ista velendi, vt bruta; sed delectatio ciborum, & voluptas satietatis tranfigureretur in ieiunium, & abstinentiam? Iam cum hac conditione liberter subscriberet Geta ipse suis literariis ferulis, que per alphabetum digerebat, que non poterat stoma- chus. Suffragarentur Clodius, & Maximinus, clariore;

clariores alio, quam imperio. Confentiret Affidamus, unus omnium coniuarum vicarius. At hic fauor & gratia non ventri sit, sed cordi: si abstineat, satiatur; sine desideriorum fame gustat.

Cap. 53.

Quid potius elige, ex inopia satietatem, aut ex copia elurie, indigentiam, dolorem? Nihil habendo satiati potes. Omnia habendo adhuc eris famelicus. Si cum gutta extinguere fistum potes, cur vis ex fluui alueo, aut Oceano acuere, & exciscari? Si ex abstinentia saturaris, delectarisque, cur ex ingluie manis fastidire, aut elurire? Huius ingenij peruersi cupiditas est, ut, si nutrias, esurias. Otem, aiunt, morsam à lupo si quis edat, non satiar, sed laborare fame. Illud certius, quidquid fortuna mordere potest, non saturabit cor; elurium potius acut. Inedia reficitur appetitus, cum petita negas. Postquam plura concessisset Federicus Imperator importuno & instanti adhuc petitori, facete respondit: Si tu non facis perendi finem, ego inueniam negandi principium. Hoc non dicat, sed agat, quisque sibi, cui negare sine pudore, aut querela potest. Nemo facis faciet libidini, nisi non satisfaciendo. Plus sibi potest dare, quam fortuna. Quid? Hæc cuiusque liberalitas in se tanta est, ut plus sibi det negando plura, quam fortuna dando omnia. In iuste pretium hominis taxatur ex his, que habet. Hoc pretium infelicium, & sterilium arborum est, que, cum nullum ex se fructum gignant, tantum dumtaxat estimantur, quanti lignum in trun-

co;

co; tanti, scilicet, quantum habent. Humanum aliunde pretium est. Non ex iis, que habet; sed, que fecit; sed, que dedit; si tamen fecit bene dando, & altius omnium, ex his, que non habet, si libenter non habet. Laxior hinc estimatio, & pro dignitate erit. Habere solùm pauca quisque potest; sed non habere potest omnia. Valor hominis non minor est. Omnia valet, dum volunt nihil.

**P** Itaque prima lex tranquillitatis esto, compo-  
sitione voluntatis, & facultatis. Oportet diligentissime inspicere res, plusquam extra. Inde capi au-  
gurium certum fortunæ, aut infortunij debet:  
num, que appetitum sollicitant, ex iis sint, que  
pereant sibi, an ex eensi fortis: illis confidere  
cor possimus: istis nihil est fidendum. Sufficit,  
quod sint fortunæ, ut infortunium tineamus:  
rem fua.

*Subtexta malis bona sive lacrymae sequun-  
tur*

*Vota.*

Faustus rerum occursus, opinio populatis, opulentum patrimonium, dignitas publica, delicates vietas, valetudo, robur, elegancia, amici, famulus, priusquam occupent animum, inspi-  
cienda sunt, cuius factionis sint, an fortunæ, an  
naturæ, an animi. Cum constet fortunæ sub-  
esse, occludenda sunt fores cupiditati, ne in  
corde nostro sit, quidquid in manu non sit. Cur  
hosipitari vis, domique recipere, quod illam sit  
euctiurum? quod eximiā animi supellecti-  
lenti,

lem , pacem , suffuraturum est ? Famulum non admittes ad atria tua sine fidei iunctione , & eauitio-  
ne : cur in penetrali pectoris , in latrato animi ,  
in foco amoris excipis , sine vadimonio , aut  
compede , fures , homicidas ? Cur possidere vo-  
lumus , non que retinere modò non possumus ;  
sed nec habere non , que manere modò ; sed  
que nec possunt non ire ? Abiecit ista dominia ,  
sue famularum dominantem Barbarus quidam  
Arabia , dominus prouide sue luctus hilari sem-  
per , & cor denui vultu , placidus ad omnem ge-  
stum fortune . Rogatus causam , cur nunquam  
tristis eset ; se nunquam respondit posse dñe ,  
ob quod amissum dolere , aut tristis esse debuer-  
it . Scilicet , nulla ista crepundia fortis . Vir ille  
sua putauit , nec amissi perdere quicquam .

Cap. 55.

Si aliqui tam liberaliter indulxerint , ut omnia  
illi fortunae armaria , omnes loculi pandentur ,  
omnia eius obiectarentur dona , & quæque au-  
torum vota exquisita , ut legeret , que , & quot  
volueret , vnico diminxat dono excepto , hac le-  
ge , quod si illud eligeret , nulla alia lumere pos-  
set ; ipsum tamen nunquam amissurum ; sin ini-  
nis plura posset capere , sed instricta cunctæ  
vnimetfa , opinor , relieturum , ut illud non amit-  
tendum haberet ; mallet securitatem fortunas ,  
quam fortumas . Prater animi bonum , nihil ex  
omnibus securum est , nisi iactura omnium . Cur  
expugnamus statim maioti perdenda luctu ,  
quam inuenta gaudio , quam quaesita labore ?  
Non est cordati viri , exornate se alienis , que  
exigenda

exigenda sunt nobis inopinis pro subita libidine  
domini . Quidquid nostro non cedit arbitrio ,  
alienum est , vita charorum , estimatio , opes , &  
quæque nos circumstant inquietante fortuna , aut  
indulgentia natura ; corporis bona , valetudo , vi-  
res , artus , ipsaque manus in brachio , ipsi digiti in  
manu , non sunt in manu nostra . Nemo ita est  
dominus sua dexteræ , aut pedis , vitilla requeat  
ab hoste truncari , & hic luxari . Nullum ius no-  
strum retinere ista potest ; quare aliena puta , hoc  
solo titulo non amanda ; quisque enim sua dili-  
git , negligit , que aliorum .

Damus tamen fortunam tibi liberali , non *Cet. 36.*  
solum confidentem , & dedisse semel , non depo-  
suisse . Cur vis precariò vinere ? Denius mutuum  
suum , non tanum donum , sed non recipuum tantum  
fecisse : parum tamen est inancipiorum seruitu-  
m . Aut tanum ferri perduelles , aut statim fugiu-  
i , aut semper communaces . Ferri sunt , nec nisi  
coacti placebunt . Nobilior est familia ingenuo-  
rum , & liberorum obsequiorum . Quæcunque in  
nostra voluntate sunt , & ab ea pendent , egregie  
genita sunt , libera , ingenua , filij matris libere ,  
ipsius , inquam , libertatis : materiam condicio-  
nem sequitur . Cum nulli homini , nec fortune  
subiiciantur ; cum ne no illi impetrare , nihil ob-  
stare valeat , nonne libera erunt ? Quæ vero extra  
sunt nostre voluntatis potentiam , mancipi : for-  
tuna sunt . Tam deest illis libertas , ut quisque et-  
iam seruus possit in ea , quidquid velit , facere . si  
vita est , tollere ; si honos , detrahere ; si dimitti ,

forari;

furati, si delicia, perdere. Quæ omnibus subiecta sunt, libera non sunt; quæ tot impedimentis subdita, non sunt ingenua. Ne igitur confidamus abitum his, fugitiuſque mancipiis: nec dolerimus fugitis. Periculis fugitientes res mittamus. Dicat quicquid, quod Cynicus, cum seruus suus Manes aufugit: Turpe est Manem sine Diogene vivere posse; Diogenem sine Mano non posse. Possum fortuna bona sine bono viro esse; possit vir bonus sine fortuna bonis. Turpe est, fortunam sine sapiente posse esse; & non posse sapientem sine fortuna. Turpe est, libertum hominem seruire seruus; nec posse non seruire, cum liberè seruat.

Cap. 57.

Hoc itaque interest inter illa, quæ nostræ subiunt libertati, & ea, quæ extra sunt; quod illa libera, hec seruia sunt. Quare, qui liber esse velit, nec velit, nec nolit, quæ in aliena sunt facultate; fieri statim seruas. Talis amor, chirographum emptioſis erit, auferoramentum seruitutis. His nihilominus tradimur sine delectu rebus, his dominis seruis. Aequa infania ac illius prodigi, qui equum conuoluto capite dimiserat, & eius volute esse, in quem primum in turba offendebat. Ius dominij fuit casus: titulus seruitutis, nescire, cui seruus. Perinde caci mancipiarum rebus, ut nec horum optionem velimus. Dixerim & de libidine nostra, quod de libidinosa eaco beatus Emodius:

*Nil videt, & vestrum seruat iter scelerum.*

Cum imperio nati sumus; quadam tamen cupiditatis

piditatis intinctu, etiam ceci eamus, rectâ imus ad seruitutem vilissimam: si quidem haec, que extanea cordi sunt, famulanta sunt. Titulum, qui laus humilitatis est summis Ecclesiæ Præfibus, qui se his dedat, ad vilitatis impropterium usurpat. Prudenter Simplicius seruos seruorum dixit cupidos terrenorum. Adderem ipse, & seruorum seruientium. Gloria est dici seruum seruorum Dei: sed esse seruum seruorum fortuna, aut Demonis, ignominia ultima. Expundamus multiplicatam seruitutem, amantium fortuna bona, & quod gradibus seruiles sunt, & quae pareant subordinationi herorum: nec enim modò sunt servi seruorum, sed semi seruorum seruorum. Ipsi servi, quibus seruunt, seruunt alios, qui seruant. Singuli amatores exteriorum binos dominos habent, qui ambo sunt servi: unus dominus internus, forinsecus alter est Irrationalis, brutisque appetitus, cum aduersus rationem insurget, captiuam illam facit, leque capiendum simul cum illa tradit his extensis heris, mancipiisque fortuna. Quin & hac etiam potens domina impotenti sui libidini seruit. At, quod propidiosum magis est, istud nostrum multiplex seruitum liberum, aut libitum est nobis. Improborum horum iusta serui etiam improbi iniuste exequuntur: nos libentes exequimur ea, quæ improbus appetitos cum danno nostro imperat, & post extrema fugientia impellit.

Refuga est omne bonum, quia semper, pere Cap. 58.

F grunum;

grinum; quod e voluntate non erit. Nihil in corde manet, quod ab eo non manat. Quam citè a fugit a Dionyllo Siculum, a Tarquinio Romanum regnum? Dies satis: a mane ad noctem evanuit diademata. Scit & fortuna torpentes, & ignavos facere vigilansissimos Reges, & somnificare Magistratus, cum non ultra eum. Scit fortuna, & post Solem oritur, & ante Solem occidetur. Remiuerso die Conflit fuit: quis vigilansior, quam qui somnum non vidit: cum non esset Eumen, fuit Dialis: Gratias ageremus, si solum refugia forent contenta vno virtutiose viatici loco ferant vitam possidentium, semper gaudium: est.

Sapientia in felicitate, non in cordi superbo:

*Prophetus in tribus genibus natura secundus.*

præclarè admonet sanctus Paulinus. Anne retinuit us aliquod post tot exultationes, & deliramenta sortis Polycrates sculus cupiditati tam est adulata fortuna, ut iconem vinceret, nisi plus dedit, & quoniam cupit ille: dedit, que nouit, dedit resistenti duc: præpæ tandem elipsa felicitas secundum abstulit usque ad animam felicis, plus repetens, quam depulverat fortis compenfatura virtus alienus visus: nec reliquit illi, nisi tignum, quo suspendatur. In ista quidem: alienis fuit visus, ut propriis. Fur fuit. Plures, quos fortuna super lites non dicam, operari, sed obruit auro; defunctus non operari humo: crudelior in morte, quam in vita prodigia. Par Polycratii, atque Aman fuit: artifex viuenti, morienti irrigit: iustus

in

in vita, illis fuit in morte: vterque alienis cor alebat. Idem suspendit applicium cæteris eis hianibus hic externa his furibus felicitatis: penduli ipse pereunt, quibus pro fine est capillus tortuus, que lapla non minus examinabit, quam laqueus. Plures amor felicitatis, non miseris modo fecit, sed exanimis. Deinde aura eius deficit illis spiritus pre dolore. Quos prædens prosperitas vix lætitiam propinavit; absens, aut absens occidit. Repetitio rei amata, raptus sine anima fuit: nec enim sunt negligentes mortis satellites, interiores dilabentis felicitatis. Quantumvis hæreamus rebus, & nosfer amor irritat, non tam valde premit, quin tandem exprimit fortuna. Eta agglutinemur, eti ligemur, si non potest tollere, revulset maiori senu nostro. Robustum habet lacertum, sua extrahet; trahat licet pariter aliena. Quodquid confortat, referat, cum libuerit, licet simili auferat animam.

Nostra non facimus hæc, amando: aliena semper manent: nihil alienare fortune licet: fatus est commodare. Si temel donasse videatur, actio integra esset rescindenda, ius donationis. Scilicet pupilla est: tanquam ætate minor, cum confert, non transferit: dominium retinet, aut ius vindicationis: et suis iudicis pupillam discessit.

*Ludit, & claudit dando, nōando manat.*  
inquit Philippus Abbas. Quid præterea qualis calamis incumbimus? His incumbit calamitas. Quid superstruimus molem felicitatis, ædes gaudijs fluidis clementis, quibus solum stat

ruina? Quis agnoscens quaſſationem arundinis, ſumet ad innitendum illi? Labant, labuntur, ruunt omnia ita, & diruant nos. Periculum infirmitatia conſtituta agnoscimus, imò timemus; & tamen amamus illa. Timor noſter accuſat amorem noſtrum, quod amemus, de quibus timemus. Cum timet quis, aut dolet elapsam fortunam, duo repugnantia iungit; & noſte ſe imbecilitatem, vilitatem proinde rerum; & nihilominus diligere, & reclinare illis. Si alterum deſſer, haud puto, triftaretur. Si non diligenter illas, aut non nouiſſer vitem, moribundamque earum conditionem, nequaquam illis perentibus anxius, incertusque foret. At, quis videns perire, qua amauit, dolet perire, & non potius erubet amarit, ſolatur doceri: Rudifimi enim cupiditer fitim, etiam in iis, quaſcim. Miratur deficere res, cum praeſequimus rerum defectum, miraculum diuinitatem iati; &, vt Andronicus ait,

*Mirum videtur, quod sit factum diu.*

Hec admiratio diuinitatis naſcitur ex preſumptione certa breuitatis. Cui antiqua in honore & reverentia ſunt, cum nouitas ex te placeat, niſi quia nouum putamus, vetustum eſe, & extra rerum euentum cenfemus, ducare? Nulla res perpetua, rara diuina: aliquid maius rebus in diuinitate ſuſpiciamur. Quemadmodum in majori perio rara ſunt, quia accedunt Diuinitati vicinius, qua singularis eſt: ita etiam percolimus antiqua, quatenus veſtigium quoddam Dei exhibent,

exhibent, qui immortalis eſt, & quatenus ſingulare quid eſt, in hoc rerum alioeo morari. Vlque adeo fortuna

*permixta fluit, nec permanet uſquam;*

*Amitiſque fidem variando cuncta per omnes:*

*Non anni, non mensi menſibus uſque*

*Conuenient, ſequi ipſe dies, aliisque relinquit,*

*Hocque non vili ſimilis producitur hora.*

Igitur, priuſquam in noſtrum tranſmigrent Cap. 60. cor, diſciplendæ ſunt, velut in telonio, res: euoluenda, an ſint merces, & ſarcina fortunæ, ne repetantur ſint alienigenæ nobis, ne diſcellū crucient; ne veniant, vt tranſeant. Preſtaret hic ſeuera illa Sinarum lex, omnes peregrinos, & extraneos ſui adiuto regni interdicens capitali in-terminatione: ita vaſtum imperium pax ferē aeterna ſeruavit, cum alioquin non tantæ ſint fortunæ vires, vt copulet magnitudinem cum diuinitate. Eo potentia breuior eſe ſollet, quod grandior. Eadem ſancire voluntas debet, ſi pacem tutari velit: nihil alienum, nihil peregrinum admittat. Contrarium facimus: ſolum hoſpites in corde excipimus: viatorum diuforiorum facimus pratorum Dei, ea amantes, qua, quia noſtre iurisdictionis non ſint, ciuitas nobis infalutatis abeunt, quam nos adeant. Pietas noſtri eſet crudelitas Diomedea, omnes iſtos obtruncare hoſpites. Inuit idcirco noſtra inſpicere, & curare. Stultissimum eſt, alienis occupari contra voluntatem domini, propriaque negligere. Men- te caret, qui eō mente coniicit, vt diues, potenſ-

que fiat, ut late vivat. Studet facere proprium, quod alienum, & liberum, quod natura sua servile. Ad iniustam item appellat: contra se habet discrimina terræ, pericula maris, inuidentiam vicini, odium inimici, infidias graffantium, productiones feritorum, incursiones latronum, inclemens cœli, volubilitatem temporum, legem mortis, licentiam legis fortunæ; &c. si nihil aliud, ipsam rerum infirmitatem nullo impellete uiuitarum: si haec non satis, ipsam potentiam, prouidentiamque diuinam. Quis vnuus audebit aduersus tot æmulos certare? quis resisteret solus tot copiis calamitatis extra hibentibus imo è pectore cum rebus gaudium revulsum?

Cap. 61.

Bona animi, dona virtutis, egregia opera, recte cupiditates, hic census noster est, que noſtre parent voluntati: in hac dominum dumtaxat habemus. Is rerum est dominus, qui, propterea velit, aut nolit, dare, auferre, ponere, tollere potest. Nil hilariusmodi licet in iuvenilem fortunæ: licet tamen in patrimonium virtutis illam nobis, nec dare, nec adimere possumus: tam benignè nobiscum actum est, ut, quidquid vile sit, alienum siquidquid pretiosum, nostrum. Licet caro animi alienis pauperes non erimus; sed clarius diuites defecata opulentia: qua tamen priusabit noslibido opulentia, hiatus diuiniarum. Pecuniale hic, & maius periculum, quam ceteris iacuris nam amando non propria, propria amittimus. Propriam nostrum est rectus amor, honesta rerum appetitio; hoc bonus cuiusque est:

perdimus

perdimus illud, exopando aliena, & peregrina dona citò peccantibus fortuna. Hoc ipso, quod alimie, quam ex nobis, tranquillitatē querimus, amorem us. Hoc ipso, quod appetimus extēmā, deīn in uerēde appetere, quod est internum, id est, noſtum bonum. Genitum damnum est volentium, que in propria voluntate non sint, & frustratio gaudi alienarum termini, & iactura proprietorum bonorum. Ibi mordorūcū quid deterius, pudor est.

## CANON II.

Nec sperare, nec timere.

Cap. 62. Alterum ex his Canoni super dicto rudi-  
mentum accedit. Pauoris, expectationis,  
que immunitas, que in alienis fundis laborant,  
& rouales fortuna volent proscindere. Ama,  
agnosce, tene tuum, quod tuum est, rectas  
appetitiones, honestas actiones: agnoſce  
alienum, quod alienum est; cetera, in qua  
fortuna ludit, quibus in te fecit: ita neque  
de Deo querulus, neque in homines iratus,  
neque pro rebus mortaliis erisita neque calamiti-  
tum, neque infortunatum esse, in tua potestate  
erit. Quid hoc fortunatus? Calamitosus est, cui  
accidit, que non vult; infortunatus, cui non ac-  
cidunt, que vult. Clariss, breuiusque dicam for-  
tasse. Calamitosus est, qui timeret; infortunatus,

F 4

qui

qui sperat. Utramque fortuna astutiam intercipit, qui id solum vult, quod ipse solus potest: id non vult, quod sola fortuna potest. Qui alacris semper, ablegatis spe, & timore, gaudium munndauit, egessit miseriariam, fortis aduersus fortēm caducam: sed ideo & de nostra imbecillitate fortissimam, in sua constantia constantissimam. Inuictus, qui cum nulla re certauit, quam vitam in sua esse potestate non vidit.

*Quid tantum miseri feros tyrannos  
Mirantur sine viribus furentes?  
Nec spes aliqd, nec extimescas:  
Ex armaveris impotens iram.  
At, quisquis trepidus paucis, vel optat,  
Quod non sit stabilis, siisque iuris,  
Abiecit clypeum, locoque manus.  
Nec dicit, qua valeat trahi, catenam.*

Columen mentis, & gaudium ibi est, ubi exulant metus, & cupiditas, precipui fortunae listores, sicut satellites. Noltros animos, ut luctus Paulinus ait,

*magiter urit*

*Defectus miseri metus, & miser arbor habendi.*

Callido tamen viro, experti formidinis, expectationisque, non accident, quæ non vult; nec quæ vult, non accident: compos voti semper, dum compos fuit: apud quem non aliud valeat, nisi voluntas, & ratio, & quod ita valent: cui prospera omnia cadunt, cum stent, quæ velit. Suam semper exequi voluntatem, felicitas est æmula Dinitatis, & præponderat imperio

Orbis.

Cap. 63.

Orbis. Plures vitam, regnumque sua postposuerunt libidini encipitis, & que intute voluptatis. Quam felix, qui curata gaudijs fide, suum semper videt votum, tam facile, tam gratuitum, ut nec voulisse opus sit! qui, dum pauca vult, manu vult esse sui, quam fortuna! qui summam fortunam iudicat, sine fortuna fortunatum esse, sine fortunis locupletem! Non arca, sed corde diuinitet metienda sunt. Non est vera opulentia res opinionis, sed conscientia; non alieni iudicij, sed proprij. Animus, non fama, iudex est amens cuiusque, non fermo hominum. Aliud est videri diuitem, aliud esse. Loculis plenis apparent diuinitat, non iudicanda sunt. Etenim, qui plures filias maritandas habet, eti amplissimi censu sit, pauperem se putat; quomodo, qui infinitas habet cupiditates sustentandas, quarum vni non sufficit Orbis, habebitur ciues: qui se non tantum inopem, sed indigum sentit? Non est pauper, qui caret; sed qui eger: nec eger, qui caret; sed qui desiderat Pauper Socrates fortunam ingreditus, Quam multis, inquit, non ego! Quia non deliderabat. Locupletior est, & beatior, qui nulla cupit, nec sperat, quam qui habuerit omnia, quæ cuperat: gratis habet, & per compendium votorum, quod alter magnis fatigis cupiditatibus impensis est mercatus.

Quid compato incomparabilem virum? Ille Cap. 64.  
solum felix est, qui nihil cupit, nec expectat: at, qui omnia, quæ concupinavit, habet, solum fortunatus est. Maius quid felicitas, quam fortuna est.

Deus felix est, non fortunatus : ut felix ideo non tam est, quod habeat, qua cupienda sunt; sed, quia in illo cupit. Illud supra fortunam habet, non quod habeat, qua cupiunt; sed, qua forent cupienda. Minus felix est, qui fruitur, que expectauit cupiditas, quam qui nihil expectauit. Iam & inter eos, qui exaequatas voluntatem, faciunt atque habent, subtilius distinguendo, si quis sit iusta distinctio, praefatam illum, qui videt solum, que poterit; ei, qui potest omnia, que voluit. Si igitur spes adhuc fortunati, & secura, dicere possum, felix, imminuit felicitatem; qui intum perdet vulgaris nostra spes, que fortuna est trochus, succediturque comite timore, & cunctis occurrente danno? Omnis doloris cardo est; quia habes, quod non vis; quia vis, quod non habes. Velle autem, quod habes; & nolle, quae non habes; quis tam tyranus est, ut interdixerit? quis tam potens, ut sustulerit tibi? In tua manu est, in te est fortuna tua, si velis habenda, si nolis non habenda; non; si spes ista, non timeas illa. Timor est in tempestuus dolor, quo dum ante necessitatem angimus, ultra necessitatem affligimus. Mors rei perdite, & timor peritura hoc distant,  
quod iste diuini torqueat; &  
quatenus immaturus dolor,  
metus est, sit sa-  
pe acerbior.

\*\*\*

## CANON

## CANON III.

## Amor immutabilium, &amp; mutabilitatis.

**H**inc & aliud occursat preceptum (sive Cap. 65. Exceptio primi documenti) esse aliqua, etiam extra nos, exteris, innocentiae cordi, que amare indemne sit: in qua, licet nobis nihil licet, amare summe licet, leuero gaudio: quia ipsa securiora sunt, gaudente potius defectuosa, quam ipsa. Hac, quamvis in manu nostra non sunt, possum esse in corde. Cetera omnia, hoc solum, quod amantur, amantur in nos; & quod mirum est, quae minus secura sunt, securius pugnant & cadunt: quod imbecilliora sunt, magisque infirma, fortius, citiusque vulnerant sua fuga. Magna ira fortunæ est, fragilia & arundinea contortientis arma, potentisque fortissime percellere fugaci facerto, ritus instar Parthici, quassansque contortis calamis,

*Sic vibrans animum fortuna ludit arundo.*  
aptè dixit Abbas Philippus. Etenim amor infinitus rei, est robur miseriae; amor ruinosus, est ruinæ felicitatis. Si quid stabile, fundatumque sit, secura huius cupido erit. Tuta itaque mens incumbet in amorem prime mentis; eterna est. In hac columna figi letitia potest. Huc omnem sortem amoris, omnem aleam cordis mittamus. Sine alea sortem fortius, & fortunam veridicam. Quis summam pecunie mutuantur,

rus,

rus, fidem debitoris non attendit, aut pignus non querit? Omnis summa, omnis forsitan, omnis census mentis, amor est. Tantus es, & vales, quanti es, quod amas. Prende, cui credas; si cautionem consilientia prelbererit. Sola eterna mens hanc fidem habet: hinc solum te credas.

Cap. 66.

Quis amne deuolutus rapido, inter aquas partim humatus, inter fluctus totus pugnax, dilabenti undrum fluxu pariter fluens, si validam, fixamque arborem offendat, non apprehenderet frondes: Solum Deus quid itabile est, sequere radicatum: hoc apprehendo, solum stabilimur: praeterfluum reliqua in hoc mundano alio, & nos pari volant, trahuntque fluore.

Celeri vires rotatu  
Rapidos dies meas,  
Fragiliisque membra mundi  
Minni, perire, labi.  
Fugit omnis, quod tememus,  
Neque flexa habent recusum,  
Cupidiisque ranae mentes  
Specie trahent inani.

Venustè ista Diuus Paulinus: sed significans  
Georgius Pifides:

Outa tēcōre ἡμ̄ φύρτων ἡ φύσις,  
Συνῶν ἀδεσπότη, συγκέντι εὐνήσιον  
Περέχεται δὲ πᾶς ὁ τὰ τύχα σάλος.

Naturae rerum talis est fluctuum, Scena foras, consanguineas in formam: Omnis procella, nō procella, nō prope, ypsi præterit. Quis ergo turbine, & inquieto procellæ fluctu iactatus, insulam si videat, non appellat? Naufragamur fluctuantibus rebus: sola insula securitas in hoc pelago mundi est, quod eminet,

&amp;

& manet Deus, superior omnibus, æternus ante omnia. Huc saluandi, non Neptuno, sed fortune aufugiant Deus radix fœcundissima entium. Arboris folia ventus rapiit, frondes quatit, timbos quandoque infringit, solum radicem immutinem inuenies, quam non tantum flatus non tangit, sed nec videt. Decidunt omnia, nisi Deus. Mortalia sunt cætera, que mortales amant, & amittenda; si non quotidie, certe vno die, uno momento omnia. Nostra mors mortalia nobis omnia nobiscum fecit: sed sape præcurrunt nos, & nostram nos admonet conditionem exemplo sui interitus. Nostamen miramur mortem terum, quia oblitio nostra. Miramur, quod mortalitatem, & perire: quia, quod canis nos, & quod mortis, scilicet, immortales sumus.

Sapienter, mundi membris, monet sapientiam. Cet. 67. sumus Ecclesiastes, gyrate, & in circulos tuos reverti, ut rerum inconstantiam summam, id est, constantem monstraret. Nihil in rebus est firmum, nisi infinitas; nec maior infinitas potest esse, quam qua firmiter infinita est. Illustri documenta ostendit salubrem amoris escam, que, & qualia licet extra nos amplecti, immutabilia, scilicet. In circulo composito duo dumtaxat sunt immota, quieta, stantia; punctum medium, & motus ipsi: in omni partium mutatione, solum immutabile est ipsa mutabilitas, & centrum: sicut in hac Sphera Vniuersi, cincum punctum terra in æternum stat. In fortuna rotarum vnicum dumtaxat punctum in medio consilit;

non

nion aliter , nec alibi quietus eris, nisi hoc te colligas, & ad minimum reducas; ibi tamen nimium dilataberis. Immenſa illa, atemque mens, istud centrum omnium est. Si illò accedere non potes, appropinqua: quòd sunt propinquatores puncto medio circuli partes, magis quiete sunt, lenitiorque ambitu fluctuantur. Si ad minimum non audes conſtrīgī, colligere ad mediocria. Partes mediae in rota, licet non ventiant in ſublime, nonquam terram contingunt. Prefat mediocritas fortunæ: haec nunquam venit ad ſolum: honorabilis hæc eſt, locum medium honorior occupat. Alias partes, poſtquam in ſumnum leueuit, totam veritatem, & ſumma imis commutans apprimis, illid: que ad faxa, iſque incumbit totum ſuę machine onus. Deinde poſt centrum, nihil eſt immobile, niſi mobilitas. Circularis enim commotio caret fine, in nullam contendit metam extra ſenū eodem ſtans loco, inibi globus concitatur quietus: in eodem inquietatur ſpatio; perpetim, quia ſine obice: ſtranſus in eadem ſede currit. Arguto hanc faciem rerum labentium, circulum dixit Helias Cretensis, qua- rum ſola conſtituit inconstantia.

Cap. 68.

Iam eft quid extra te, quod tuò placere tibi poſſit: non fortuna mutabilis, ſed immutabilitas, que immutabilis eſt. Habet, quid in rebus ames, mutationem. Habet, quomodo, ſi non hærens, ſed contiguus ſi. Diversè ſe habent, que rota inſunt, aut que adſunt: inſunt paleæ, & lutum; adſunt faxa ſolida: illa voluit pariter rota; iuxta

ita

ita diuītataxat voluitur: illa tranſuent pariter per illa ſolum tranſit, manent quieta ſecus inquietam ſphærā, tanguntur, non feruntur. Preterfluit nos fortunæ, non confluimus vna, ne preiaſimus illam, non ſi piciamus ad ſumnum valeat tangere, non trahere, minus contrēctare. Tormentum eſt instrumentum eius, & crudelissimum rota ſupplicium. Fortaffe miraberis putatam foemina, cum foeminea, & miſericordia viſcera non agnoscas, niſi forte ob inconfitatem in dolore, & ſubitam, terribilēmque iram; fed deboleum cum iſi, qui viri vere ſunt: paret enim viris, idem mulierib⁹ goſtu conficta. Si igitur figura ſuo instrumento, quid mirum, exēcueris? Abſcedamus, deſcendamus.

Exiſſecus, velut pompa, viſentibus pro Cap. 69. cedentem, Praeterea diuinix artificies nos afficiat, nec audiōs futuri, nec inuidios praeteriti, ut qui ad ſcenam, ut ſpectaculam ſedet, acque titum delectat come in, acque tragedia. Qui ſcena ſeruit, qui ſpectaculum ſui exhibent, laborant, non delectantur qui viſent, qui adiungunt, gaudent. Si defortis eſſemus, vtraque fortunæ arte gaude- re nus: nec noſtris ierit a mutaretur, ſed transmutaretur: non abſcederet gaudium, ſed ſucce- deret; ſtarer potius, ab vna te in aliam tranſu- ga. Pereunte res non ſequamur, ſed videamus currere, gaudeamusque perire, velut qui inue- tur beſtiatum, & gladiatorium ſpectacula, interiu- tu delectatur, cede, fuga. Res deficiunt noſis; aut, quia abeunt; aut, quia pereunt. Si primum illud,

illud, cur in sequitur ea, quæ impatiens nostri amoris sunt? Si pereunt, non tanti fiant, vt debent nostro parentari fletu, & annum luctum habere. Age gratias, te non perire cœtius. Dupli ex capite mortales sunt tibi res: pereunt, cum pereunt; & pereunt tibi, cum peris. Quid putas ex tuis immortale, si tu mortalis? Qui finem habet, nihil habet: vix enim habet id, quod est. Qui futurus non est, vix est, cum est. Sed deinceps te manere, res solum perire. Non descendunt sine herede: transierat ad successorem gaudium, & pax. Tametsi defunctis integrum & elegans sit patrimonium, veniet ad heredem claudum, aut luscum. Hereditent nostram pacem: decedente una, ius idem habeat altera succedens, siue paupertas, siue morbus, siue ignoratio. Non est lex, quæ inopem, aut agrotum hereditate excludat. Expiranti prosperitati sancti lob, quid succedit? non pauperes modi, sed miseria, quatuor fortuna maledictionibus subita, vt quinta & terribilior esset impropositio. Vlcius deinde a planta pedis usque ad verticem: contemptio denique, & sinistra amicotum opinio. Non obinde suam his negauit serenitatem, non sua ablata felicitas; sed translata a secundis ad aduersa, hereditario iure. Adhuc in ipsa miseria, nequum reduce felicitate, dicam, quod diuinus Zeno, in melius, felicitatis pristine statum dissimilando, non perdidit, sed mutauit. Vadat amor post fortunam, non post res fortunæ, vt sequitur Heliotropium Solem, ad suas conuer-

fus

*Amor immutabilium, & mutabilitatis. 97*  
sum vices. Illi dumtaxat obsequitur fortuna, qui fortunam sine spe fortuna sequitur.

Constans animus nihil constanter amet in *Cap. 70.*  
constantium: amet omnia, ut sunt inconstanter  
inconstancia. Omnia de manu fortuna capiat,  
licet acerba & dura. Aristoteles, caticam porri-  
gente Diogene, reputans sententiam medita-  
tum esse, nili acciperet, sumens inquit, Diogenem  
perdidisse caricam simul cum visu. Sic illu-  
des fortunam machinatam ludibrium tuum,  
meditatum dolorem tuum, si non admiseris,  
qua leua porrigit manu. Admitte, amittere ar-  
ma sua, simul cum visu. Solum potest nos trista-  
re, quia nolumus, quibus id vult. Fac velis, & ri-  
dens potes exclamate: Non magnus Diogenes,  
sed magna fortuna! O potens iam per me exer-  
nis! Si aliqua reiencia sunt, fint, quæ vult ac-  
cipi; ista sua purpurei corticis munera, delicias,  
& quæ iis patrocinantur, diuitias. Quid hæc  
Nazianzenus dicit:

*Σοφίαν τινας εὐτελεῖται οὐδέν. Πίλα τιμητι  
Colludere licet, & recutere fortunæ pilam suam,  
suo reiecto munere. Dum ludibundus es, non  
potes tristis esse. Si vis, ne illudat te, lude cum il-  
la, & strenue reiice, quidquid volatile, etiam  
aurum graue, iccerit. Sin minus, ne apud te in-  
calefacit, eum repetit. Fruiola hæc bona fruoliæ  
amanda sunt; infirma infirmiter; ad nutum do-  
minæ reddenda ante exactionem. Non expectes  
fortunam, vt eripiat. Tu esto tibi fortuna: occu-  
pa suas vices: aufer tibi, quod sublatura est: re-*

G

linque

linque omnia felici infortunio per manum tuam. Redimes fortasse te iacturae cuarum rerum. Preuiderat Aristippus excautaram, & vltre pro sciorae vitam, instantibus apparitoribus suis piratis: anticipauit solutionem abiecta in mari auro, iniuit & imprudentem simulans calum. Consuluit hoc ingenio saluti: vitalis iam fui sine nummo: soluit mutuum sine vsura: pretium suæ vite non aurum fuit, alioquin etiam amittendum; sed anticipatio. Aestimet quisque, quod ille tunc dixit: Satus est, vt hec per Anstippum, quam propter hec pereat Aristippus. Totæ victoria ichneumonis, & apidis, anticipatio est: sic hominis, & fortunæ vincit aggressor. Preueritis fortunam, & euertes, si præcurras. Cum veniat, omnia aetæ videat:

*Totum iam sponte videbis*

*Anticipasse Dñi famulos.*

Hanc sanctus Prosper causam putat assuefactæ, & cœuris tranquillitatis, securæ, vt sic dixerim, securitatis. Non contrectanda sunt incunda, nec detrectanda grauiæ: equabilis ad omnia sis.

*Cap. 71.*

At, si adhuc tibi inuidit: est nomen fortuna, nec eius parere manu dignoris, tolle vocem, Deum specta. Fortunam vulgo appellamus. Ibi sapiens Numinis studium noicit. Quisque domini sue iubet. Liceat Deo in suo mundo, quod licet rusticò in sua casa: quidquid volet, ager. Sufficiunt toties nostram malam voluntatem sustineamus quandoque suam bonam. Aequo animo filium accepit Abraham, & dabant; nec

*posterior*

tristior occidisset, quam genuit. Non latiori ferro arietem cecidit, quam gnatum mactaret: à filio ad agnum transflatus idem vigor dextre. Eleganter Zeno ait, nec mutatus vultus eius, cum esset victimæ commutata. Cum tanta latitudo arietem obtulit, cum quanta obtuleret & filium, ubi enim fides fuit, non erat dolor. In illo sacrificio solus Deus doluit, quia aliam victimam procurauit: pan Abrahams cum filio sic probatus à Deo est, vt non postulans, misericordiam mereatur. Scilicet, ita paruit Deo, vt non appareret pater: immemor nature, memor officij. Ita obfecutus fuit, quod sentiretur paternitatem, vt exhiberet seruitum. Primam dignitatem putauit, esse seruum Dei. Ita voluit seruire, vt oblisuiceretur genuisse. Det, quod libenerit, Deus. Sed amemus plus donationem, quam dona: quamvis & haec amari possint, si æque amentur. Eadem omnibus ratio amoris ineft, non quod sint: sed, quod dentur. Sic,

*Quidquid mittit, mellæ putare decet.*

Divinas illas & aureas manus, plenas hyacinthis dixit Salomon: quidquid illis deciderit, pretiosum erit, & vno, non silex. Pretiosa paupertas est, pretiosus dolor, pretiosa depretatio ipsa. Illinc elabuntur, ubi nihil, nisi preium est. Quid? Percuti videris, si vno icit. Etsi egerat cuorem, non elicet lacrymas. Letum vulnus auaro erit, si fecit aurea gleba, vt cani lapidato ossibus. Non minus pretiosa manu verberat Deus, quam locuples aratoris flagel-

G 2 lun.

lum. Argutè beatus Ennodius:

*Dentibus argenti fuluum concluditur aurum:*

*Centennat nullus verba pulchra pati.*

Exornat Deus amore supplicia: pretium sumum est seueritatis diuinæ:

*Qua despiciunt mundum iungit mens docta, flagellum*

*Exornans censu nobilitate plágas.*

*Argenti, atque auri vapulat quicunque metallas.*

Cæterum Sapiens hyacinthos illas vocavit gemmas: quia mōre iuuent & exhilarant cor. Mors, & morbus, & angustia, quin & tristitia ipsa latabit nos, diuina illo dilapsa pugno. Ipsa miseria cordialis erit, si ab illa manu accepias. Et natura, & ars Dei, beneficentia est. Perita est diuina dextra beneficiendi. Solent artifices, & pictores artem ostentare in scoropione, viperam, atrocem, secundum aliquo repulsi potius, quam in forma regia. Exhibetur quoque dexteritas diuinæ manus in ægris, & duris: ibi magis nitet: maius, inquam, si non fulget, lateri beneficium. Ex his itaque constans erit, qui non amet inconstanter, ut est ipse, sed, ut sunt illa, inconstanter.

Sic idem ipse erit inter diuersa. Varios fortuna gestus uno vultu spectabit; & expectabit atrocem, iridibundosque sereno.

\*

EPI

## EPISTASIS.

*In alienis casib. dissimulanda est constantia.*

Si Ed, quia in alienis iacturis latus Sapientis in Cap. 72. Suadit fors, cum peccatum, nec coram, nec continua manu possit, per tertium tunc molitur. Plus, opinor, iusto viro laborandum est cum damnis alienis, quam propriis. Etenim, cuius patientia passione non vincitur, compassione tentatur: quem non monet casus proprius, hunc praecipue commouet alienus. Sapientis vitam, qualiam præcipua est, utilissimam puta: non sibi tantum, sed aliis quisque vivit: vitam imprudentium, qui adhuc sibi non vivunt, fideicommissam habet, velut tutor publicus vulgi. Elegerat Menander ait:

*Totū scilicet τὸ ζῆν, ἡ εὐτυχία ζῆν μέλειν.*

Hoc est vivere, non sibi vivere solum. Quare illud est vivere, non est quid priuatum, & solitarij iam.

Bene vivere, non est quid priuatum, & solitarij boni: in alios effluat sensus vite bonæ. Tutor ciuilis pupillorum ministrat fortunas: sapiens, qui tutor populorum naturalis est, etiam senum, fortunam curat alienam. Pretium propterea erit alicuius mōre, quomodo in hac se gerat? An vultum mutare oporteat mutata, saeuentique rerum facie? Licet quidem mutare gestum, non animi, sed corporis, & sicca, virili, stabiliisque mente defletere madidos oculos, maternum

G 3 deicē